

Moziv.

gimini, & progressui impedimentum adferre noscuntur, e medio tollamus, & abrogemus, sicut magistra rerum experientia suadet, & nos matura consultatione adhibita ad Omnipotentis Dei Gloriam salubriter expedire arbitramur.

§.1. Dudum siquidem postquam a Congregatione quinta generali dictae Societatis petitum fuerat, ut ipsius Congregationis auctoritate statueretur, ne Superiorum localium ejusdem Societatis officia ultra triennium continuarentur, dicta vero Congregatio decreverat nullum tempus esse praefigendum, sed servandum esse decretum §7. Congregationis secundae generalis ipsius Societatis, sel. rec. Paulus Papa V. Praeceptor noster, certo sciens totum sanctae hujus, & nunquam satis laudatae Religionis stabilimentum in viridi Instituto ipsius, & decretorum super hoc in generalibus Congregationibus ejusdem Societatis editorum observantia consistere, illamque ab impugnationibus, molestiis, & calumniis vindicare, & in sui Instituto integritate, puritate, quiete, & pace conservare cupiens, per suas sub plumbo Anno Incarnationis Dominicae 1606. pridie nonas Septembris, super Instituto dictae Societatis confirmatione emanatas literas, supradictas, & alia quaecumque decreta, statuta, & ordinationes, quae Institutum, & Societatem hujusmodi, illiusque gubernandi rationem quomodolibet concernunt, in generalibus Congregationibus edita confirmavit, ac Praepositum Generalem, ceterosque Superiores Societatis praefatae tunc, & pro tempore existentes paterne hortatus est, & monuit, ut observationi dictorum decretorum serio invigilarent, ac eos, qui novitati studentes aliquid contra liberam, & sine ulla triennii, aut certi temporis praefixione Superiorum localium gubernationem per se, vel alios quoscumque quavis auctoritate, & dignitate fulgentes quomodolibet machinari ausi fuissent, tanquam perturbatores sui Ordinis, & rerum novarum molitores, praeter poenas in supradictis decretis contentas, ipsius Praepositi pro tempore existentis arbitrio coercerent corrigerent, & punirent, & alias prout in eisdem Pauli Praeceptoris literis uberius continetur.

§.2. Postmodum vero recol. mem. Innocentius Papa X. etiam Praeceptor noster per suas in forma Brevis literas die prima Januarii 1646. expeditas inter alia statuit, mandavit, praecipit, & ordinavit, ut omnes, & singuli dictae Societatis Provinciales, Visitatores, Praepositi, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales Jurisdictionem, seu Superioritatem habentes, quomodolibet nuncupati, exceptis Magistris Novitiorum, in eorum respective muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis praedictis quomodocumque nuncupatis per triennium dumtaxat durare deberent, siquidem elapso triennio hujusmodi eo ipso vacarent, & vacare censerentur, ipsique ad alia

quavis ejusdem Societatis munera, superioritates, ministeria, administrationes, & officia praedicta quomodolibet nuncupata, etiam Vice-Provincialis, seu Vice-Praepositi, vel Vice-Rectores nullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valerent, nisi per annum cum dimidio, saltem a fine dicti triennii computandum a praedictis muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis cessassent: Decernens praemissa omnia, & singula in perpetuum inviolabiliter sub excommunicationis latae sententiae, ac suspensionis a divinis, privationis vocis activae, & passivae, ac officiorum quorumlibet, inhabilitatisque ad illa, & quavis alia in posterum obtinenda poenis ipso facto absque alia declaratione, tam per mandantes, procurantes, eligentes, & deputantes, quam recipientes, & exequentes, irremissibiliter incurrendis observari debere, neque adversus illa, seu illorum aliquod, ipsiusque Innocentii Praeceptoris Constitutionem hujusmodi per Praepositum Generalem pro tempore existentem, aut quancumque Congregationem etiam Generalem, vel quemlibet alium Superiorem, & Officialem dictae Societatis, aut ejusdem Innocentii, & pro tempore existentis Romani Pontificis, Sedisque Apostolicae Nuncios, vel Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, & quosvis alios quacumque potestate fungentes unquam dispensari, disponi, vel derogari posse, & quancumque dispensationem, dispositionem, & derogationem adversus praemissa, seu eorum aliquod, eandemque Innocentii Praeceptoris Constitutionem per praefatos, seu ipsorum aliquem pro tempore quomodolibet factam, sive concessam, nullam profus, ac nulliter, & subreptitio, obreptitioque extortam fore, & esse, ac censerit, & haberi, neminique ullatenus suffragari debere, & alias cum diversis ordinationibus, decretis, clausulis, & derogationibus in eisdem Innocentii Praeceptoris literis plenius contentis, & expressis.

§.3. Verum subinde pro parte dilecti filii Gosvini Nickel Praepositi Generalis dictae Societatis Nobis exposito, quod vacatio munerum, superioritatum, ministeriorum, & officiorum praedictorum post lapsum triennii, necnon eorum, qui illis functi fuissent, ab illis per annum cum dimidio cessatio, sicut praemittitur, praescripta, maxima bono Societatis praedictae regimini adferrent incommoda, & tunc quia ob calamitates, & contagii suspensiones, quibus nonnullae Provinciae laborabant, commercium reperiebatur interdictum, difficilior redderetur vacationis, & cessationis hujusmodi observatio: Nos supplicationibus ejusdem Gosvini Praepositi Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, supra expressum Innocentii Praeceptoris statutum, mandatum, praecipit, & ordinationem hujusmodi ad sesquiannum tunc proximum suspendimus, & success.ve dictum sesquiannum ad alium sesqui-

Moderatio praefati statuti

Alia moderatio.

sesquiannum, ac iterum ad triennium respectively extendimus, & prorogavimus. Praeterea cum dictus Gosvini Praepositi Generalis Nobis iterum exponi fecisset, quod Provinciae Indiae Societatis praedictae literarum nostrarum in forma Brevis super suspensione hujusmodi primo loco ad sesquiannum, ut praefertur, facta emanatarum beneficio maxime indigebant, illoque frui vix poterant, quia priusquam de eisdem literis nuncius ad illas partes praefertur, aut jam elapsus, aut prope finem futurus erat dictus sesquiannus: Nos ipsius Gosvini Praepositi Generalis precibus benigne annuentes, similem suspensionem statuti, mandati, praecipit, & ordinationis memorati Innocentii Praeceptoris, quantum quidem ad Provincias, Domos, Collegia, & Loca quaecumque dictae Societatis in Indiis, tam Orientalibus, quam Occidentalibus, & alibi extra Europam dumtaxat consistentes, & consistentia attinebat, ad septem annos a die 14. Nov. 1656. computandos fecimus.

§.4. Ac demum cum nomine dilectorum filiorum Congregationis Generalis, quae fuit undecima ejusdem Societatis, Nobis expositum fuisset, quod ex jamdictis suspensionibus maximum toti Societati beneficium, atque emolumentum proveniret; quia vero praefixum in literis nostris desuper emanatis tempus tunc incipiebat fluere versus finem, eadem Congregatio communibus votis, ac nemine penitus discrepante denuo opportune in praemissa a Nobis provideri plurimum desiderabat. Nos humilibus ipsius Congregationis generalis precibus inclinati praedictum Innocentii Praeceptoris statutum, mandatum, praecipit, & ordinationem, ut munita, superioritates, administrationes, ministeria, & officia hujusmodi elapso triennio vacent, & illis functi, nisi postquam ab eis per sesquiannum cessaverint, ad alia quavis munera, superioritates, ministeria, administrationes, & officia nullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valeant, quantum quidem ad Provincias, Domos, Collegia, & Loca in Europa ad aliud quadriennium; quantum vero ad Provincias, Domos, Collegia, & Loca quaecumque ejusdem Societatis in Indiis, tam Orientalibus, quam Occidentalibus, & alibi extra Europam consistentes, & consistentia spectat, respectively ad alios octo annos denuo suspendimus, & alias prout in quinque nostris in simili forma Brevis literis, primis quidem die 24. Julii 1656. & aliis die 14. Novem. ejusdem anni, & die 7. Julii 1657., & die 28. Augusti 1658., & novissimis die 7. Decem. 1661. desuper expeditis plenius continetur.

§.5. Cum autem, sicut accepimus, S. Ignatius dictae Societatis Fundator in Constitutionibus ipsius Societatis statuerit, ut penes Praepositum Generalem esset, tam electio omnium Rectorum, quam amotio ab eo munere, nullo praefixo temporis spatio, sed solum prout ei convenientius

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

in Domino videretur. Et licet idem Sanctus Pater alibi in eisdem Constitutionibus dixisse reperitur, Provinciales ad triennium, ut plurimum constituendos esse, statim tamen subjunxit etiam id temporis spatium contrahi, & prorogari posse, quando ad majorem Dei, & Domini nostri gloriam id fore judicaretur: At vero pro Rectoribus, vel Superioribus localibus neque triennium, ut plurimum praescribendum censuerit, sed totam durationem regiminis illorum pendere voluerit ab arbitrio Praepositi Generalis, prout ad majorem Dei gloriam expedire duceret. De cessatione autem Superiorum ad sesquiannum, vel aliud tempus nullibi meminerit, nec aliquid super ea re statuendum censuerit, sed Praepositi Generalis judicio, sicut alia multa, id in genere reliquerit, & ipsemet quamdiu vixit, in praxi absque tali cessatione Societatem gubernaverit: Haecque gubernandi ratio a pia mem. Paulo III. Julio III., & Gregorio XIII., ac Gregor. XIV. Romanis Pontificibus Praeceptoribus pariter nostris, qui Gregorius XIV. per suas sub plumbo. Anno Incarnationis Dominicae 1591. 4. Kal. Julii expeditas literas, quarum initium est, *Ecclesia Catholica, &c.* expresse statuit, ut electio Superiorum quorumcumque esset tota penes Praepositum Generalem, juxta Constitutiones cum potestate illorum facultatem revocandi, restringendi, vel augendi, & denique eisdem ab officio removendi, prout in Domino judicaret expedire, approbata, & confirmata, & post obitum memorati Sancti Ignatii in eadem Societate cum ingenti illius bono servata fuerit.

§.6. Et licet anno 1594. similis record. Clemens Papa VIII. etiam Praeceptor noster viva vocis oraculo per bon. memor. Franciscum, dum vixit, S. R. E. Cardinalem Toletum nuncupatum Congregationi quinta generali memoratae Societatis significato mandaverit, ut tam Provinciales, quam Rectores dictae Societatis non durarent ultra triennium: nihilominus tamen ipse Clemens Praeceptor motus precibus ejusdem Societatis mitigaverit variis modis illud suum mandatum, quod postea praefatus Paulus V. Praeceptor per suas literas supradictas, Decretum Congregationis quintae generalis supra expressum specificis confirmans, & praefixionem termini in gubernatione Superiorum localium graviter improbens, ac machinatores contra id decretum tanquam perturbatores Societatis gravissimis poenis plecti jubens, omnino abrogavit.

§.7. Cumque dicta Societas subsequenti tempore usque ad dictam praefatam Innocentii Praeceptoris Constitutionem praefatum gubernandi modum magno cum fructu, ipsiusque Societatis tranquillitate servaverit: Edita vero eadem Constitutione plurimis, gravissimisque affecta fuerit incommodis, multoque plura, & graviora pericula, & inconvenientia subitura extiterit, nisi Nos per suspensiones praefatas illis

N n

occu-



occurrifemus: Et ex his nostris suspensio- nibus, seu dispositionibus per septem fere annos magnæ, & multiplices dictæ Societa- ti utilitates obverint, nec quidpiam ali- cujus momenti in contrarium nobis exhi- bitum fuerat, ut proinde e re ejusdem Societatis maximopere futurum videatur, si ejusdem Innocentii Prædecessoris ordina- tio supradicta penitus abrogetur.

§.8. Hinc est, quod nos dictæ Societa- tis felici directioni, religiosisque progres- sibus, & incrementis, quantum Nobis ex al- to conceditur, consulere cupientes, nec- non præfatarum nostrarum, ac Greg. XIV. Pauli V., & Innocentii X. aliarumve qua- rumlibet eorumdem, & aliorum Præde- cessorum nostrorum præfatarum literarum Societatem præfatam concernentium, ac ipsius Societatis Constitutionum, & decre- torum Generalium illius Congregationum tenores, & datas, aliaque etiam speciali, & individua mentione digna præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, eorum- demque Pauli III., Julii III., Gregor. XIII., Gregor. XIV., & Pauli V. Prædecessorum, qui omnes dictas Constitutiones S. Ignatii, & rationem gubernandi in eis expressam laudarunt, approbarunt, & confirmarunt, vestigiis inhærentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nos- tris, & Apostolica potestatis plenitudine momorati Innocentii Prædecessoris statu- tum, mandatum, præceptum, & ordina- tionem, ut omnes, & singuli ejusdem Societatis Provinciales, Visitatores, Præpo- siti, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales jurisdictionem, seu superiorita- tem habentes, quomodolibet nuncupati (ex- ceptis Magistris Novitiorum) in eorum respective numeribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis prædictis quomodocumque nuncupatis per triennium dumtaxat durare debeant, ea- que elapso triennio hujusmodi eo ipso vacant, & vacare censeantur, ipsique ad alia quævis ejusdem Societatis munera, superiorita- tes, ministeria, administrationes, & of- ficia præfata quomodolibet nuncupata, etiam Vice-Provinctialis, seu Vice-Præpo- siti, vel Vice-Rectoris nullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valeant, nisi per an- num cum dimidio saltem a fine dicti trien- nii computandum, a prædictis muneribus, superioritatibus, ministeriis, administra- tionibus, & officiis cessaverint, pluries a nobis suspensa, ut præfertur, & quatenus illa concernunt prædictas ejusdem Inno- centii Prædecessoris literas (firma tamen, & illæsa, ac in suo robore in reliquis omnibus & singulis remanente earumdem Inno- centii Prædecessoris literarum dispositione, ) tenore præsentium perpetuo revocamus, abrogamus, cassamus, irritamus, & an- nullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus.

§.9. Decernentes easdem præsentis li- teras, etiam ex eo quod quicumque in præ- missis interesse habentes, seu habere quo-

modolibet prætendentes, ad illa vocati, citati, & auditi non fuerint, nec illis con- senserint, aut ex alia quacumque causa, occasione, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tem- pore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quo- libet etiam substantiali, & individua ex- pressionem requirente defectu notari, im- pugnari, redargui, rescindi, infringi, re- tractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitution- nis in integrum, aliudve quodcumque ju- ris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse: sed ip- sas præsentis literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spe- ctat, & pro tempore quomodocumque spe- ctabit, plenissime suffragari; sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Car- dinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate, fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & in- terpretandi facultate, & auctoritate, judi- cari, & definiti debere, ac irritum, & ina- ne si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contige- rit attentari.

§.10. Non obstantibus dicti Innocentii Prædecessoris literis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memorati Gregor. XIV. ac Paulus V., & Innocentius Prædecesso- res voluerunt in suis, & Nos volumus in nostris respective literis præfatis non obsta- re, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.11. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societa- tis subscriptis, & sigillo Præpositi, vel Vicarii Generalis ejusdem Societatis, aut alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsen- tibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Jan. 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

Derogatio contrariis

Transumptis cum fides

Dat. die 1. Jan. 1663. An. VIII.

Pro-

Abrogat sta- tutum Inno- centii X.

Clausula

CDXIX.

Ex Regest. in Secretis Dyv.

Prohibitio Ecclesiasticis Civitatis Barchi- nonen., & Principatus Cathalonie ne excommittas super sortitione Officialium faciant.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurator.

Pastoralis Officii, quod Austore Deo gerimus, sollicitudo Nos admonet, ut gregem Dominicum curæ nostræ credi- tum ab omni offensione securum prætare, ac in viam salutis aspirante superni fa- voris auxilio dirigere, & abusus quoscum- que, præsertim illos, quos cæca cumulan- da per fas, & nefas pecuniæ cupiditas, om- nium malorum secundum Apostolum ra- dix, in boni publici perniciem invexit, opportunitate sanctorum, quantum in Nobis est tollere studeamus.

Supplicatio.

§.1. Nominè siquidem Christianissimi in Christo filii nostri Philippus hujus nomi- nis Quarti Hispaniarum Regis Catholici Nobis nuper exposuit dilectus filius noster Paschalis S. R. E. Diaconus Cardinalis de Aragonia nuncupatus, quod alias cum in Civitate Barchinonen., & Principatu Cathalonie, ubi vetus viget consuetudo quos- dam Officiales Civitatis, & Principatus hujusmodi annis singulis per sortem eligen- di, seu deputandi, perniciosus quidam abusus in grave publicæ utilitatis detrimen- tum a multis annis introductus reperiretur, ut multæ personæ Catalogos, seu Listas nominum sortitionis Officialium hujusmo- di causa in urna ponendorum, seu posito- rum haberent, ac super futuro eventu ali- quorum extractionis, & electionis, seu de- putationis ad officia sic sortito faciendæ sponfiones, seu promissiones, quas excommittas vocant, inter se sub magnis pecu- niarum summis facerent, & hac occasio- ne superstitionibus, aliisque modis illicitis conscientias graviter lædentibus, ac Dei servitio, bonoque publico adversantibus uterentur; claræ memoriæ Philippus III., dum vixit, earumdem Hispaniarum Rex Catholicus, ut his malis remedium adhi- beret, peculiarem pro præfatis Civitate Barchinonen., & Principatu Cathalonie Constitutionem edidit, qua poenam trire- mium illis imposuit, qui Catalogis, seu li- stis nominum hujusmodi ad effectum di- ctarum sponfionum, seu excommittasum uterentur, illosque retinerent, ac ejusmo- di sponfiones, seu excommittas facerent; eaque poena in reos pro tempore severe animadverti iussit. Quoniam vero, sicut eadem expositio subiungebat, ejusmodi abusus penitus evelli nequit, nisi præfatorum Catalogorum, seu listarum usus, ac sponfiones hujusmodi etiam ecclesiasticis tam secularibus, quam regularibus distri- cta sanctione interdicerentur, cum etiam in- ter eos [quod maxime dolendum est] idem abusus irreperit, & sub illorum clypeo lai- ci, qui poenæ præfate metu vetita per di- Bull. Rom. Tom. VI. Pav. V.

eam Constitutionem palam, & per se ip- sos perpetrare non audent, secretis ma- chinationibus ipsius Constitutionis vim elu- dere, illique fraudem facere moliantur. Nobis propterea præfatus Paschalis Cardi- nalis memorati Philippi IV. Regis nomine humiliter supplicavit, ut in præmissis op- portune providere de benignitate apostoli- ca dignemur. Nos igitur ejusdem Phi- lippi Regis desideriis quantum Nobis ex al- to conceditur favorabiliter annuere, ac pub- licæ utilitati consulere cupientes, hujus- modi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Civitatis Barchinonen., & Prin- cipatus Cathalonie præfatarum personis ecclesiasticis tam secularibus, quam cujus- vis Ordinis, Congregationis, Militiæ So- cietatis, vel Instituti regularibus, cujus- cumque status, gradus, qualitatis, con- ditionis, dignitatis, & præminentie exi- stant, ne Catalogos, seu Listas nominum sortitionis Officialium Civitatis, & Prin- cipatus hujusmodi causa in urna, sicut præ- mittitur, ponendorum, seu pro tempore positorum ad effectum faciendi sponfiones, sive promissiones, seu excommittas hujus- modi penes se habere, vel per interposi- tam personam retinere, aut illis quovis modo uti, nec dictas sponfiones, seu ex- committas directe, vel indirecte, aut alias quomodocumque, & qualitercumque fa- cere, vel inire, aut illis intervenire au- deant quomodolibet, vel præsumant, sub privationis Canonice, & Præbenda- rum, ac dignitatum, etiam post pontifi- cales majorum in Cathedralibus, & Prin- cipalium Collegiatis Ecclesiis, persona- tum, administrationum, officiorum, aliorumve quorumlibet cum cura, & sine cura beneficiorum ecclesiasticorum quovis modo qualificatorum per eas in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias quomodolibet nunc, & pro tempore obtentorum quoad seculares, & privatio- nis vocis activæ, & passivæ, quoad regu- lares, necnon excommunicationis lætæ sententiæ quoad utroque, a qua nemo a- quoquam, nisi a Nobis, seu pro tempore existente Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi pos- sit, per contravenientes ipso facto incur- rendis poenis, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo prohibemus, & in- terdicimus.

§.2. Præterea Venerabilibus Fratribus Episcopo Barchinonen., cæterisque memo- rati Principatus Cathalonie Episcopis, & Archiepiscopis, nunc, & pro tempore exi- stentibus per easdem præsentis committi- mus, & mandamus, ut ipsi, & eorum qui- libet, uti nostri, & hujus Sanctæ Sedis Apo- stolice ad hoc specialiter delegati, etiam sine ullis Adjunctis, in tuis quilibet Civi- tatis, & Diocæsis contra quoscumque Ecclesiasticos tam seculares, quam regu- lares præfatos, etiam quibusvis privilegiis, libertatibus, & exemptionibus suffultos, & ab ordinaria jurisdictione exemptos, ac Nobis, & dictæ Sedi immediate subiectos, N n 2 qui

Prohibitio, ut in rubric.

Contravenien- tium poenæ.



Decretum irritans.

qui presentem Constitutionem transgressi fuerint, & declarationem incurfus poenarum huiusmodi auctoritate nostra procedant, illasque irremissibiliter exequantur invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis: Nos enim eidem Barchinonen., ceterisque Episcopis, & Archiepiscopis praefatis quamcumque necessariam, & opportunam ad id facultatem, & potestatem harum serie eadem auctoritate tribuimus, & impertimur.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicae Sedis praefate Nuncios, sublata eis, & eorum cui-libet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarius derogat.

§.4. Non obstantibus praemissis, necnon apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Ordinum, Militiarum, Congregationum, Societatum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, & Locorum Regularium quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, libertatibus, exemptionibus, & Literis Apostolicis eidem Ecclesiis, Ordinibus, Militiis, Congregationibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Collegiis, & Locis Regularibus, illorumque Superioribus, & personis quibuslibet etiam circa Adjunctos, & alias quovis modo, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & in-

fertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum tam in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae ipsismet praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Januarii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

Transumptis danda fides.

Dr. die 2. Jan. 1663. An. VIII.

CDXX.

Extensio Statuti Gregorii XV., ut Canonatus, & Praebenda poenitentiarum Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium in Hispaniarum Regnis consisten., etiam Sedi Apostolicae (non tamen ratione obitus apud eandem) reservati, praevio concursu per Ordinarios, & Capitula tantum habendo conferri debeant, ad Ecclesiam Majoricem, quae in futurum gaudere gratis per Literas d. Gregorii XV. super praemissis emanatas concessis declaratur.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pro commissa Nobis divinitus omnium Ecclesiarum sollicitudine in id peculiari studio incumbimus, ut ipsarum Ecclesiarum praesertim Cathedralium Beneficia, quibus fori poenitentialis cura annexa est personis dignis, & idoneis conferantur, quae in iunctum sibi gravissimum munus ad animarum salutem fructuose valeant adimplere.

Procurium.

§.1. Alias siquidem nomine charissimi in Christo filii nostri Philippus Hispaniarum Regis Catholici Nobis exposito, quod pridem fel. record. Gregorius XV. Praedecessor Noster ad ipsius Philippi Regis instantiam per quasdam suas sub plumbo anno Incarnationis Dominicae 1662. Idibus Novembris expeditas Literas statuerat, & ordinaverat, ut ex tunc perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Canonatus, & Praebenda poenitentiarum quarumcumque Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum in Regnis Hispaniarum tunc, & pro tempore existentiam, tam eatenus instituti, quam deinceps quodcumque pro Decretorum Concilii Tridentini complemento instituendi, quotiescumque illos quibusvis modis, & ex quorumcumque ipsius Gregorii Praedecessoris, aut Romani Pontificis pro tempore existentis, seu quorumvis Cardinalium etiam tunc viventium familiarium continuorum Commensalium

Expositio.

salium, seu Romanae Curiae Officialium, aut alias quomodolibet reservationem inducentibus personis, etiam per cessum, etiam permutationis causa in manibus eorum Ordinariorum, vel decessum (non tamen in Curia, aut apud Sedem Apostolicam) seu quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, aut privationem, extra tamen eandem Curiam, seu Religionis ingressum, aut matrimonii contractum eos tunc, & pro tempore obtinentium, seu jus in illis, vel ad illos habentium, aut alias quibusvis modis (non tamen per obitum ad Sedem praefatam) ac etiam in aliquibus ex mensibus, in quibus Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio ipsi Gregorio Praedecessori, & Sedi praefatae etiam per Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariae Apostolicae regulas erat, & pro tempore foret reservata, vel etiam Ordinariis Colatoribus per easdem Constitutiones, seu Regulas, vel Literarum alternativarum, aut alia privilegia, & indulta concessa eatenus, & in posterum concedenda simul, vel successive vacare contingeret, etiam si aliqui eorumdem Canonatum, & Praebendam Poenitentiarum, ac tunc, ut praefertur, vel alias quibusvis modis, & ex quorumcumque personis (non tamen per obitum, ut praefertur, apud dictam Sedem) vacarent, & ex eo quod Canonatus, & Praebendas Poenitentiarum huiusmodi obtinentes, seu in illis, vel ad alios jus habentes ipsius Gregorii Praedecessoris, & quorumcumque Romanorum Pontificum ejus Praedecessorum, aut S. R. E. Cardinalium etiam viventium, & in dicta Curia praesentium Familiarium continui Commensales, seu dictae Sedis Notarii, Subdiaconi, Acolyti, Cappellani, Literarum Apostolicarum Abbreviatores, Scriptorum, Cubicularii, Scutiferi, proventus, & iurium Camerae Apostolicae debitorum Collectores, & Subcollectores, seu quicumque alii Curiae, & Sedis praefatarum Officiales etiam sub diversis Constitutionibus recol. mem. Pauli Papae II. etiam Praedecessoris nostri suorum, & pro tempore existentium Romanorum Pontificum familiarium continuorum Commensalium declaratoriis comprehensi praesentes, & futuri, quocumque nomine nuncupati, seu ex quavis alia causa dispositioni Apostolica specialiter, vel alias generaliter reservati, aut ex generali reservatione Apostolica affecti, seu ad Sedem eandem devoluti existerent, per Ordinarios Locorum, & Capitula dictarum Ecclesiarum tantum praevio concursu per editorum affixionem sub certis modo, & forma tunc expressis conferri deberent, cum diversis Ordinationibus, & alias prout in praefatis dicti Gregorii Praedecessoris Literis uberius dicebatur contineri.

Praebenda provisione, necnon affixione editorum pro concursu desuper instituen-do controversia inter Venerabilem Fratrem Episcopum Barchinonen., ac dilectos filios Capitulum, & Canonicos ejusdem Ecclesiae Barchinonen. fuerant exortae, & ad illos dilectus filius Joseph Gallart., unus ex Oppositoribus electus fuerat; Quia vero praesens fuerat in antecedenti dictorum Canonatus, & praebenda poenitentiarum vacatione, in qua dictus Petrus Joannes defunctus de illis provisus extiterat, memoratum statutum dicti Gregorii Praedecessoris Ecclesiae Principatus Cathaloniae minime comprehendere, dictus Philippus Rex Statutum huiusmodi, excepta tamen dicta ultima vacatione, in qua Jus quersum parti conservandum erat, ad Ecclesiam dicti Principatus a Nobis quatenus opus esset extendi plurimum desiderabat: Nos supplicationibus ipsius Philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praefatum statutum, & ordinationes dicti Gregorii Praedecessoris, ejusque Literas supradictas ad quascumque Cathedrales, & Metropolitanas Ecclesias in dicto Principatu Cathaloniae nunc, & pro tempore existentes, sine praedictio tum juris alteri eatenus quaesti, & alias sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica quatenus opus esset extendimus & ampliavimus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis literis die 19. Maii proximi praeteriti desuper expeditis uberius continetur.

§.3. Cum autem, sicut praefatus Philippus Rex Nobis denuo nuper exponi fecit, licet Insula Majorica, quippe una ex adjacentibus Insulis dictorum Regnorum Hispaniarum, praefatis Gregorii Praedecessoris Literis comprehendi videatur, nihilominus majoris charitatis gratia, ac ad praecedendas controversiarum, & litium occasiones, ipse Philippus Rex eandem Gregorii Praedecessoris Literas, etiam Cathedralium Ecclesiam Majoricem comprehendere a Nobis declarari, & quatenus opus sit illas ad Ecclesiam Majoricem huiusmodi, sine praedictio tamen litis, quae inter duos de Canonatu, & Praebenda Poenitentiarum dictae Ecclesiae Majoricem novissime vacantibus a Venerabili Fratre Episcopo, ac a dilectis filiis Capitulo, & Canonicis ipsius Ecclesiae Majoricem. respective provisus nunc pendet, ac Juris eorumdem provisorum, sed quoad futuras vacationes tantum pariter extendi plurimum cupiat: Nos dicti Philippi Regis desiderio hac quoque in re favorabiliter quantum cum Domino possumus annuere volentes, necnon praefatarum Gregorii Praedecessoris, & nostrarum Literarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, supplicationibus Philippi Regis nomine Nobis iterum super hoc humiliter porrectis inclinati, praenarratum statutum, & Ordinationem memorati Gregorii Praedecessoris, emanataeque desuper ejus Literas praefatas, ac omnia,

Supplicantis votis indulget.

Motiva



nia, & singula in eis contenta ad prefatam Ecclesiam Majoricem, itaut ex nunc perpetuis futuris temporibus Canoniciatus, & Prebenda Penitentiarum ipsius Ecclesie Majoricem, quotiescumque illos, sicut in prelati Gregorii Predecessoris Literis expositum est, vacare contigerit, praevio concursu per Ordinarium Locum, & Capitulum dictae Ecclesie Majoricem, tantum per Edictorum assensionem, & alias eisdem modo, & forma, qui in dicti Gregorii Predecessoris Literis prescribuntur, habendo conferri debeant, & si Canoniciatus, & Prebenda Penitentiarum, huiusmodi in mense Apostolico vacarent, aut alias ratione personae, vel loci generaliter, vel specialiter reservati, seu affecti fuerint, ad illos pro tempore assumpti, vel electi intra sex menses a die eorum electionis per Ordinarium, & Capitulum huiusmodi faciendae Lit. Apostolicas desuper expedire, ac iura Camerae Apostolicae, & aliis propterea debita solvere teneantur, & servatis in aliis omnibus, & per omnia earundem Gregorii Predecessoris Literarum dispositione, & ordinationibus, pro futuris vacationibus sine praedictio litis pendens, & juris alteri cuiuscumque haecenus quaesiti, auctoritate prefata, tenore praesentium quatenus opus sit extendimus pariter, & ampliamus, dictamque Ecclesiam Majoricem, in futurum gratis per prefatas Gregorii Predecessoris Literas Ecclesiae Regiorum Hispaniarum concessis frui, & gaudere debere decernimus, & declaramus.

Chausulas apponantur.

§.4. Decernentes pariter easdem praesentes literas etiam ex eo, quod cause, propter quas emanarunt, cor. loci Ordinario etiam tanquam a Sede prefata delegato, vel alias quomodolibet examinata, vel iustificata, purificata, aut approbata, ipseque Ordinarius, & alii inferiores Collatores, necnon quicumque interesse habentes ad id legitime vocati non fuerint, nec praemissis consenserint, seu etiam enormis, enormissima lationis, vel alio quocumque praetextu, aut ex quavis alia causa, quantumvis legitima, urgenti, & iudiciali, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus eas quocumque juris, & facti, vel gratiae remedium impetrari nullatenus posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus a Nobis, & quibuscumque aliis Romanis Pontificibus Successoribus nostris, & dicta Sede, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac Apostolica potestate plenitudine pro tempore emanatis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & cum, in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub data posteriori per Capitulum dictae Ecclesiae

pro tempore eligenda concessas, validasque, & efficaces fore, & esse, vimque, & robur validi inter dictam Sedem ex una, & Capitulum prefatum ex altera partibus rite & recte initi, stipulati, ac etiam utriusque jurati contractus habere, & perpetuo obtinere, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & ab omnibus inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dictae Ecclesiae Majoricem, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Januar. 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

Contrariis tollit.

Dat die 2. Jan. 1663. An.VIII.

CDXXI.

Quod Laici, seu Conversi Congregationis Hispaniae Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum quartum, ultra tria solita, votum addant de non transeundo ad statum Clericalem, & ad Ord. sacros.

De his Fratribus vide ad Const. 135. Urb. VIII. Commissi nobis, Tom. 5. par. 5. fol. 346. in qua prohibetur transitus ad alios quoscumque Ordines, & ad Const. 437. Exponi nobis, Tom. 6. par. 1. fol. 359.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus, sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christi fidelium, qui a fluctibus saeculi in religiosa vita portum confugerunt, ac in humilitatis spiritu Altissimi obsequiis sese sub suavi arctioris regulae iugo manciparunt, curam gerentes, felici, prosperoque illorum statui, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere studeamus.

Proemium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes a conceptione Procurator Generalis Congregationis Hispaniae Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redem-

Motiva.

demptionis Captivorum, quod cum Fratres dictae Congregationis ad chorum destinati ex dispositione sel. rec. Pauli PP. V. Predecessoris nostri quartum votum non ambiendi officia, praelaturas, & dignitates emittant, Capitulum Generale eiusdem Congregationis mense Majo proxime preterito in Civitate Toletana celebratum, ad majorem observantiam, & tranquillitatem dictae Congregationis decrevit, ut [ si ita Nobis placeret ] Fratres Laici, seu Conversi Congregationis huiusmodi, qui de cetero profiterentur, ultra tria vota tempore professionis emittenda, aliud votum etiam emitterent, videlicet, se nunquam sacros Ordines recepturos, nec directe, vel indirecte, per se, vel per alios, Ordines huiusmodi praesensuros. Quare dictus Joannes Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praeteritis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmat ut in rubr.

§.2. Nos igitur ipsum Joannem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui praecitatum Decretum Capituli Generalis Congregationis huiusmodi viderunt, consilio, attentis narratis, auctoritate apostolica tenore praesentium decernimus, ut in posterum in dicta Congregatione Fratres Laici, seu Conversi quartum ultra tria solita votum addant, de non transeundo ad statum Clericalem, & ad Ordines sacros, nec huiusmodi transitum directe, aut indirecte procurando, & ita servari praecipimus: Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clausula.

§.3. Decernentes pariter ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis praefatorum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & suf-

ficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi mandat.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 13. Jan. 1663. An.VIII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Januarii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

CDXXII.

Quod electiones Guardianorum, Pro-Ministrorum, & Custodum in Familia Ultramontanae Ordinis S. Francisci per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum Praesidens votum decisivum habeat.

Vide ad Const. 262. Tom. 6. par. 1. fol. 271. Urbani VIII. Religiosos viros, in qua agitur de hac electione.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Credita Nobis caelitus dispensationis ratio exigit, ut paternam Religiosorum virorum, qui abnegantes semetipsos, ut facerent voluntatem Domini, suam fregerunt, curam gerentes, illorum statui, & felici regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere jugiter studeamus.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Petrus Roche Commissarius Generalis Curiae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, in Provinciis Familiae Ultramontanae eiusdem Ordinis introductus sit abusus eligendi Guardianos, & Pro-Ministros, & Custodes viva voce, ac cum publica concertatione suffragantium, in grave libertatis electionum praedictarum, & non sine occasione perturbationum, & litigiorum, quae exinde inter electores nasci solent, Nobis propterea ipse Petrus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Supplicatio.

§.2. Nos igitur dictum Petrum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fra-



1663.

Confirmat. ut in iud.

Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, ut omnes, & singula praedictae electiones in Familia Ultramontana Ordinis hujusmodi deinceps per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum praesidens electionibus supra dictis votum, sive suffragium decisivum habeat, juxta dispositionem quarundam fel. rec. Urbani Papae VIII. Praedecessoris nostri in simili forma Brevis literarum pro Familia Cismontana dicti Ordinis emanatarum, auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, & ordinamus, & ita servari mandamus, ac praecipimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Clausulas addit.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Familiae Ultramontanae hujusmodi, hujusque Provincialium quarumlibet, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem fides adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 18. Jan. 1663. An.VIII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januarii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

DECRETUM.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita attentis narratis, censuit injungendum, & praecipendum, prout harum vigore injungit, & praecipit, ut deinceps in singulis praefatis electionibus in familia Ultramontana Ordinis hujusmodi servetur

omnino modus, & forma praescripta in Constitutionibus Generalibus familiae Cismontanae, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae 15. Martii 1663.

M. Card. Ginettus. Locus \* Sigilli. E. Epif. Camerincensis, Secr.

Modus autem praescriptus in Constitutionibus Generalibus familiae Cismontanae cap. 7. §.36. de Capitulis Provincialibus, num. 7., & sequentibus, talis est.

Antequam Patres ingrediantur Definitorium, fiat inter ipsos discussio super meritis, & qualitatibus promovendorum, & praecipue attendatur justitia distributiva pro pacis conservatione. Deinde Praesidens, seu Provincialis proponat unum pro quolibet Conventu successive, super quo sumantur ab electoribus calculi nigri, vel albi ad hoc preparati, & sic secreto abque alia discussione ponantur in urna. Quod si major pars erit affirmativa, electus intelligatur, si vero erit negativa, proponatur alius a Praeside, sive Provinciali. ut supra, donec electio canonice fiat. Quod si vota per tres vices erunt aequalia, Praesides voto decisivo utatur, uti secundum Deum melius videbitur expedire. Alii autem Officiales, videlicet Confessores Monialium, Magistri Novitiorum, Lectores, & alii hujusmodi instituantur a Superiori cum consilio, & consensu Patrum Definitorum, non obstante quacumque consuetudine immemorabili in contrarium, &c.

XDXXIII.

Confirmatio determinationis Capituli Provincialis Provinciae Portugalliae tertii Ordinis S. Francisci factae, ac a Generali, & Cardinali Protectore confirmatae circa alternativam Officiorum inter Fratres Conventuum Ulixbonen., & de Deira ejusdem Provinciae.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Provincialis, ac Custos, Definitores, & Fratres Provinciae Portugalliae Tertii Ordinis S. Francisci quod in ultimo Capitulo Provinciali dictae Provinciae unanimi vocalium assensu pro conservatione pacis, & mutuae dilectionis incremento determinatum fuit, ut in futuris electionibus, & institutionibus Ministri Provincialis, Custodis, Definitorum, ac Lectorum singulis triennii, sicuti quoque in eventum subrogationis servetur alternativa alias introducta, & ante viginti annos auctoritate quondam Bernardini de Senis, dum vixit, Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Oblervantia nuncupatorum con-

Supplicatio.

alibi

con-

1663.

1663.

confirmata inter Fratres Conventuum Ulixbonen., & de Deira nuncupat. ejusdem Provinciae.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat determinatio hujusmodi a dilecto filio Moderno Ministro Generali dicti Ordinis, ac etiam a Venerabili Fratrem nostro Francisco Episcopo Portuensi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinale Barberino nuncupato ejusdem Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore confirmata, & approbata fuerit; firmiora vero sunt illa, quae Apostolici muniminis praesidio roborantur: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Decretum confirmat.

§.3. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laetis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, determinationem praefatam in ultimo Capitulo Provinciali Provinciae hujusmodi factam, ut praefertur, auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiuicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provinciae, hujusmodi hujusque Conventuum quorumvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 26. Jan. 1663. An.VIII.

CDXXIV.

Subsidium centum millium scutorum super redditibus Ecclesiasticis in Dominio Venetorum existens pro Republica Veneta ad effectum illud in expensas contra Turcas, & non in alios usus expendendi.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Etsi Nobis pro cura pastoralis officii divina disponente providentia Nobis meritis licet imparibus commissi, nihil magis cordi sit, quam personas Ecclesiasticas ab extraordinariis oneribus immunes semper conservare, idque nisi summa necessitas cogat, re ipsa animo statuerimus; nihilominus, sicut jam omnibus notum esse debet, cum Turcarum Tyrannus nefarium bellum, quod a septendecim, vel circiter annis dilectis filiis Nobilibus Viris Duci, & Dominio Venetorum intulit, etiamnum ingenti apparatu, maximisque viribus prosequatur, & propterea ipsi Dux, & Dominium majores, quam unquam antea tam maritimas, quam terrestres copias, ut se, suaque tueantur parare, & instituire, ac proinde ingentes expensas facere modo compellantur. Nos considerantes non minus Clericorum, quam Laicorum interesse, ut ea, quae ad defensionem hujusmodi necessaria sunt, studiose comparentur, quo Christiani nominis hostes infensissimi a Christianidelium cervicibus, adjuvante Domino repellantur, cogimur de universi Cleri Domini Veneti facultatibus in hoc gravissimo, periculosissimoque casu fiduciam sumere, sperantes, quod ipsi hoc onus urgentissima necessitate, & iustissima de causa a Nobis sibi impositum aequo animo ferre non recusabunt. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris deque apostolicae potestatis plenitudine, unum subsidium centum millium scutorum auri super omnibus, & singulis fructibus, redditibus, & proventus secundum verum annum valorem praesentis anni quarumcumque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Patriarchalium, atque aliarum Ecclesiarum, ac Monasteriorum, Prioratum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum secularium quorumcumque, ac Hospitalium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum (non tamen Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, cujus Fratres pro munienda, & defendenda adversus improbos eorundem Turcarum, conatus Insula Melevitana gravissimos sumptus subire, & magnum ex alienum

Procurium.

Imponit solutionem, ut in rubric.

O O

con-